



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Supina in u.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

Ioannis Despauterij Niniuite

ptis exulatū, uapulātū, factū, nuptū, uenū, quę apud doctissimos reperiri probat Lanci. Supina uerba esse diximus, ex sentētia Quinti. lib. i. de insti. orat.

Supina in u.

Supina in u. solū passiuę declarant, cum quibusdā adiectiuis sine ullo regimine, ueluti dignū, facile, difficile, bonū &c. dictū, factū &c. .i. ut dicat, & fiat, nō autē ut dicat aut faciat, licet id Prisci. placere uideat. Ideo sessu, dormitu, & similia nō uidentur latine dici. hinc patet differētia inter uisu supinū, & uisu nomen, quia hoc sensum dicit, illud passiuem, & per nomē bene dicimus dulce in uisu meo, per supinū dicitur dulce uisu. Itē. lucūdus dictū. .i. ut dicat. dulcis uel iucūdus dicto uel dictis, dum dicit &c. Nec cōstruuntur cū uerbo motus de loco ait Valla. quia male dicitur, uenio lectū &c, dicendū est uenio a lectiōe Virgilij &c. Ipse tamē legi apud Plautū in Menech. Obsonatu redeo Aldus autē Manutius, & Passius Lāci. testant cōtra Vallā. posterius supinū cōstrui cum uerbo motus de loco. Sta. i. Achil. Quę nūc uenatu rediturū in limine primo Audierat. Cato in re rust. Primus cubitu resurgat postremus cubitū eat. Quidā dicunt uenatu esse nomē, quod nec Aldū nec Lācilotū uiros doctissimos latuit. Quia i Plautō & Catone manifeste cernit supinū &c. Cum adiectiuis locutiōes sunt oīno elegātes. Ouidi. Turpe quidē dictū, sed si modo uera fatemur. Vulgus amicitias utilitate probat. Virgi. Nec uisu facilis, nec dictū affabilis ulli. Idem. Et dictū uideo miserabile mōstrū. Idē. Horrendum dictū latices nigrescere sacros. Teren. Sum extra noxā, sed non est facile excusatu. Cice. Non facile dictū est quātopere cōciliet animos comitas, affabilitasq; sermonis. Salu. Optimum factū ratus fortunā bello tentare. Idem. Quę sibi quisq; facilia factū putat, equo animo suscipit, sic scitu, lectu, memoratu, dignū, indignū &c. Dignū cultu, gubernatu, & si quid tale nomen, si est supinū dubiū sermonē parit, ut ex Valla facile declarauerit diligens p̄ceptor.

Participia.

Participiū uult post se casum sui uerbi, ut seruiēs tyranno, uapulās a p̄ceptore &c. Participiū uerbi substantiuū &c. copulat similes casus. Existens pro ens nō recte capit, ut in logica sua docet Valla. Nescio an ipse cōmuni errore deceptus, aliquādo ab recta significatiōe discesserim, difficile est inter barbaros nihil barbari olere. Participiū a uerbo figurā capit nō a noiē, ait Lanci. Nunq; em̄ participiū alterius figurę est q̄ nomē, sed cur formā nō cepit ab eodē, ut clamans, clamitās &c. Certe nulla uidet mihi diuersitatis ratio. Ideo Carissus